





1708.

1. von der Völde, Cornelius: *De pluribus inde  
fragorum in causis religiosis.*

1709.

1. Waltschmidt, Joh. Wilhelm: *Uter ex Ignoratio  
retractabilus potior?*

1711.

Zum schiffperus, Henricus Philippus: *De jure  
ignotorum.*

1712

1. Waltschmidt, Joh. Wilhelm: *De cog. quod justum  
est in Dispari regionum memoria.*

1713.

1. Nicolai Philip Christiaens: *De cuncto iuncto  
inter antecessorem et successorem controverso.*

1714.

1. Waltschmidt, Joh. Wilhelm: *De coactione Diversarum  
Germanicarum regionum.*

1714.

2<sup>a</sup>, b, c. Wimerus, Ioh. Georgius : De pacis data  
et eius 2 Script. 1714 i 1742.

1715.

1. Burgh, Iohann Thoreus : De testamentis caecis
2. Bauer, Iohann David : De reversione  
testamentorum
3. Waldschmidt, Iohann Wilhelmus : De legato ex testo  
relieto in scilicet imparando. 2 Script.

1716.

1. Walchendorf, Iohanna W. Schlesier : De dominio  
propriis Hereditatis.
2. Hilt Winter, Burkhard Heßrich : De potestate  
judicis in differentiis reali et fidejunctiva  
in l. 40 d. 1716.

1717

1. Waldschmidt, Iohann Wilhelmus : De cultu beta  
mit h. Tunc

1717

L. Waltschmidt, Ioh. W. Wilhelms : De possessione  
ejusque effectibus inter gentes.

1718

1<sup>o</sup> = Waltschmidt, Iohann W. Wilhelms : De moleculis  
bamboois . . . 2 Sept. 1718 - 1748

2<sup>o</sup> = L. Waltschmidt, Ioh. W. Wilhelms : De mutatione  
insignium et signorum S. R. P. statuum.  
2 Sept. 1718 - 1746.

17  
wurde in mittlerer Position  
Durch die aufsteigende  
Wärme und durch die  
Windrichtung verhindert  
dass der Wind aus der  
Westen einwirkt  
und so wird der Wind  
auf der Westseite des  
Hügels aufsteigen  
und auf der Ostseite  
absteigen und so wird  
der Wind aus der  
Ostseite einwirken  
und so wird der Wind  
auf der Ostseite des  
Hügels absteigen





I. N. I.  
DISSSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS 5  
Continens

BREVEM DELINEATIONEM ARGUMENTI

DE

# EMOLUMEN- TO INTER ANTECES- SOREM ET SUCCESSOREM CONTROVERSO

Quam

SUB PRÆSIDIO SUMMI PRÆSIDIS EX DE-  
CRETO ET AUTORITATE

MAGNIFICI ET PRÆ NOBILISSIMI

## JCTORUM ORDINIS

In

### ILLUSTRI CATTORUM ACADE- MIA MARBURGENSI.

PRO SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORI-  
BUS ET PRIVILEGIIS RITE OB TINENDIS

Publico & solenni Magnis corum & Excellentissimorum Academiae

Procerum examini

### In JCTorum ad Lanum Auditorio

ad diem Anni MDCCXIII.

DEO JUVANTE submittit

## Philip Christian NICOLAI.

Gießna. Hassius.

MARBURGI CATTORUM Typ. Johannis Kürsneri, Acad. Typogr.

DECRETALIS JURIDICA MAGISTERI  
PRAESENTIA M. I. C. M. I.



## PRÆFATIO

Lector Benevole.

Tudiis meis Juridicis , in  
hoc Athenæo , prout Sum-  
mum Numen vires con-  
cessit, nunc absolutis , con-  
sultum duxi, de Disputa-  
tione aliqua inaugurali  
conscriptenda , cogitare.

Animus meus in feligenda materia quidem  
diu fluctuavit , donec mihi tandem brevis  
placebat delineatio argumenti non ignobi-  
lis, quod nondum , uti credo , ab alio dis-  
cussum , de emolumento inter antecesso-  
rem & successorem controverso. Ne mi-

A 3 rare

rare Lector benevole! dum oculis hic sub-  
jicio tuis disputationem, te non talem in-  
venire, magno pondere chartæ, pom-  
pam facientem; Necesitatis euidem non  
esse duxi, integrum tractatum, ut alii  
literati totā die faciunt, pro obtinendo  
Gradu conscribere: Dum mundus hodi-  
ernus eruditioni deditus illis hucusque  
abundat; Sed propositum meum eo dire-  
ctum fuit, paucis hisce lineolis, solummo-  
do ansam disputandi, promore consveto  
præbere. Cæterum me his literis, tuæ  
benevolentiae, mi Lector, quām officiosè  
commendo; Te insimul rogitans, si im-  
perfectitudines hisce in chartis deprehen-  
deris, illas excusaturum: Sique errores,  
quod tamen non spero, videris, me homi-  
nem esse cogites. Vale, & mihi  
ceu opto fave.



THES. I.



# I. N. I.

## THES. I.

**R**egulariter equidem fit, ut in cuius utilitatem dies debiti cessit, etiam in ejus vel hæredum aut particularium successorum commodum dies veniat, id est juxta l. 213. ff. de V. S. res peti possit: sed tamen quandoque ea regula aut fallit, aut tamen dubia fit: Proinde opera pretium videtur, nonnullos casus rariores adducere, & salvo aliorum judicio, ex Jure & æquitate, ut & celeberrimis JCtis decidere. Nempe quod Justinianus noster in §. 13. Inst. de Rer. div. ait: eis fera ita vulnerata sit, ut capi à Titio possit, tamen eam Mevii capientis fieri, quod multa accidere soleant, quo minus vulnerans Titius eam capiat: ( unde Cephalus l. consil. 136. male defendit, si navis Melitensis piratam in portu Siciliae concluderit, ita ut in aquis elabi non possit, ille vero terra effugiens, ab aliis captus sit, cum Melitensibus esse restituendum: vid. Brunner ad l. 55. ff. de acquir. rer. dom.) id quoque in aliis casibus obtinere potest. Summa vero divisio est, quod casus illi

vel

Vel pertineant ad materiam contractuum, (voce, juxta Struvium Exerc. VI. th. 29. juncta Exerc. XLVIII. th. 3. Grot. 2. cap. 20. §. 2. tam latè sumtā ut & de-  
lista includat.) vel ultimarum voluntatum.

## THES. II.

**A**d contractus referendi casus sequentes (1.) Si Ca-  
jus vestigal conduxit per Mensem Majum, & eo  
ipso tempore Sejus fraudem circa merces commisit, quæ  
tamen non nisi mense Junio quo Lucius vestigal con-  
duxit, detecta. Quæritur, an dominium rei in com-  
missum eadentis, Cajo an Lucio adjudicandum? Pro  
Cajo respondendum: ut in terminis docet Segura Tr.  
de. *Lucris marit. & uxor.* p. 588. num. 215 cum enim  
dominium rei talis ipso jure acquiratur fisco l. 14. ff. de  
publ. & vestigal. ejus jure hoc in casu fruatur pub-  
licanus l. 11. C. de. vestigal. Klock. relat. Camer. 147.  
Struv. Exerc. 39. th. 51. facilis videtur decisio, præ-  
sertim cum Lucius simili jure gavisurus, conqueri de  
iniquitate non possit. Quid vero juris est, si fructus  
Idictionis, v. c. mulctæ, ac alium pertineant tempore  
delicti, ad alium tempore condemnationis? Plures  
adducit Faber in Cod. lib. 9. Tit. 25. (in aliis Edit. 24)  
def. 3. num. 1. qui illi poenam addicunt, qui tempore  
delicti commissi Jurisdictionem habebat: simul & re-  
fert se in eadem sententia fuisse, si priori Jurisdictionis  
conductor aut domino nihil possit imputari, cur non  
citius facta esset executio: sed postea aliter sensisse ob  
rationes quas assert (quæ tamen non sunt omnes con-  
cluden-

cludentes, & si quid concluderent, etiam in vestigalibus valerent, quod in confliktu ostendam ) & plura præjudicia Senatus Sabaudici. In contraria o-  
nia abit Carpz. part. 3. const. 32. def. 22. num. 1. 2.  
qui tamen non tam rationes adducit, quam autho-  
ritates cumulat. Evidem si poena pecuniaria talis sit,  
quaæ tacitum & sic ipso jure quæsumum pignus habeat,  
ex statuto forsitan, qui quidem casus forte rariissimus est,  
cum etiam quoad Fiscum privilegium, in multis  
pignus demum à tempore condemnationis incipiat.  
l. 17. ff. de jur. Fisc. Faber. lib. 8. tit. 12. def. 3. (Conf.  
Wissenb. ad ff. part. 2. disp. 39. tb. 15. & de casu  
ubi in multis petenda concurrunt Princeps, Vasallus  
& accusator. Fab. lib. 9. tit. 26. (alias. 25.) def. 3.) id  
quod de vestigali dictum defendi posse videtur: Sed si  
hoc non sit, verius esse poenam ei competere, qui  
jurisdictionem exercet tempore condemnationis, quia  
tum jus perfectè quæsumum videtur: uti haec tenus bene  
demonstrat Fab. d. tit. 25. (24.) def. 3. quicquid ipsum  
carpat Bacchov. Exerc. 97. Error. 7. vide Fabr. lib. 4.  
tit. 43. (alias 42.) def. 40. qui putat, si fundi emphy-  
teutici usumfructum habeam & emphyteusis commit-  
tatur lucrum esse domini non usufructuarii. confer-  
D. Schyvederi anno 1703. Tubingæ habitam disputa-  
tionem de fructibus feudi, qui §. 29. 30. disquirit, an  
mortuo Principe collectæ exactæ ad hæredes allodiales?  
an Principem successorem pertineant? & alias quæstio-  
nes examinat similes verb. casu de multis post mortem  
Vasalli irrogata, de mortuario.

THES.

**F**luit hinc etiam (2) resolutio questionis, quod si emolumenntum judici pro litis definitione sit constitutum, id non debeatur illi, qui eo tempore est judex, quo acta sunt inrotulata, sed illi qui judex est tempore sententiae pronunciatae, ut decisum refert Faber, lib. 3. tit. 2. def. 8. num. 10. &c. qui simul addit, debet illud emolumenntum eti post acta lecta & sententiam conceptam, ut ut nondum publicatam sit facta transactio. Licet enim post acta conclusa perinde habeatur acsi jam judicatum: illa tamen fictio pertinet ad partium allegations, post conclusionem regulariter (exceptiones tradit celeberr. Mevius part. 3. decis. 185. cui subscribit Brunnen, in Jur. Eccles. 3. c. 8. §. 6.) non admissibiles: fictiones vero, ultra tertium aliquod non extenduntur, sed sunt ut mulæ, quæ non pariunt. Quod si vero certa aliqua quantitas emolumenti, juxta quantitatem litis constituta, transactio facta, quomodo determinatio si facienda (nempe juxta dimidiam pattem petitæ quantitatis) subiungit, Idem Fab. d. l.

## THES. IV.

**Q**uid, si (3.) Cajus Jurisdictionem pagi Sejo vendidit; sub pacto de retrovendendo, Mevius deliquerit, Sejo adhuc judice, sententia verò sit lata, cum Cajus re retrovendita, esset Judex? Multam debet Sejo putat Cagnolus & alii ciuti à Fab. lib. 3. tit. 25. (24.) def. 3. num. ult. à quorum tamen sententia ipse recte discedit, ex rationibus & fundamentis jana memo-

memoratis: idque etiam obtinere existimat, etiam  
Sejus onus instruendæ litis aliquandiu tulerit: id enim  
tum ex officio facere debuit, tum non sine spqrtilis  
haud dubie fecit.

THES. V.

Pertinet huc (4.) quæstio duplex: prima est, si  
fundum Cajus vendat Mevio, sub pacto de re-  
trovendendo, an augmentum per alluvionem acce-  
dens, cedat in commodum Caji an Mevii, ubi fun-  
dus retrovenditur? Tres vero sunt opiniones, qua-  
rum primæ incrementum illud adjudicat Cajo ven-  
ditori & postea reliuenti: altera illud addicit Mevio, ita  
ut Cajus reliens etiam illius premium Mevio dare co-  
gatur: Tertia distinguit, an fundus venditus sit ad cor-  
pus, an ad mensuram, ut priore casu lucrum sit Ca-  
ji, posteriore Mevii. Examinat has opiniones Berlich.  
part. 2. conclus. 2. num. 51. &c. tandemque num. 54. pu-  
tat omne lucrum esse Caji primi venditoris, & postea  
redimentis, cum Mevius primus emtor non nisi im-  
perfectus & revocabilis sit Dominus. Refutat verò  
Berlichium Carpzovius part 2. const. 1. def. 18. qui de-  
fendit, omne incrementum & decrementum indiffe-  
tenter ad emptorem primum spectare, nec rationes  
Berlichii alicuius momenti esse: cui subscribit Dn.  
Struy. Exerc. XXIII. th. 45. in fin. confer. Mev. consil.  
post. 19. num. 98. &c. Haud dubie tamen non negli-  
genda est distincio, utrum venditioni illa lex dicta, ut

B

pro

pro eodem pretio fiat redemptio quò emtio: an ut tan-  
to, quo res tempore redemptionis valebit. Hactenus  
prima quæstio. Altera est, cuius sit thesaurus in re-  
trovendenda repertus ab emptore? Sunt qui putant  
eum dividendum inter emptorem & venditorem tem-  
pore redemptionis, sicut in simili obtinet, ubi thesau-  
rus à marito in fundo dotali uxoris est repertus: 4.7.  
S. 12. ff. Solut. matrim, ubi Brunnem: n. 12. vel ubi  
fructarius donum illud fortunæ habet. Moller. 4.  
semeſt. 27. Ita expressè docet Sutorius de retract. th. 163.  
pag. 135. cum citatis. Sed jam cit. Carpz. dict. def. 18.  
benè monet, plus juris tribendum emptori sub pacto  
retrovenditionis, quam marito in re dotali, qui sc.  
fictione tantum juris civilis dominus, constante ma-  
trimonio, habetur: unde & putamus, eum thesa-  
rum totum sibi acquirere emptorem, nempe dimidi-  
um jure inventionis, & alterum dimidium, quia  
fundus Dominus est, revocabilis quidem, sed tamen  
perfectus. Unde & patet ab usufructario ad talem  
emptorem, multo minus argumentum concludens  
nec posse.

## THES. VI.

**S**Æpissimè verò solet dubitari, cui laudemium de-  
beatur, quando prior dominus (directus vel utilis.  
v. c. Vasallus) consensu/ præbuit, ut res emphy-  
teutica in novum Emphyteutam alienetur, novus ve-  
rò dominus jure proprio succedens, investituram fa-  
cit?

cit? & in terminis pro novo domino pronunciat Carp.  
zov. part. 3. const. 32. def. 22. Et sicuti certum est lau-  
demia deberi quidem ususfructuario, sed tamen non  
eum, sed dominum facere investitram debere Fab.  
lib. 4 tit. 43. (in edit. Lugd. 42.) def. 46. Sic & huic ho-  
norarium pro scriptura instrumenti Emphyteutici, vul-  
go den Schreibschilling addicerem confer. Struv.  
Exerc. XI, th. 66. simile quid occurrit, in casu ubi bo-  
nis debitoris v. c. emphyteuticis sub hasta venditis,  
subsecutaque addictionis expeditione & missione in  
possessionem eo tempore, quo directi dominii fructus  
ad Cajum v. g. ex conductione pertinebant, postea  
elapsi semestrali spatio, (quod ex statuto Sabaudico,  
ad dominium plene & irrevocabiliter quarendum est  
necessarium; quia intra 6. Menses debitor possit rem  
luere) iidem fructus ad Sejum, finito conductionis  
tempore jure dominii pertineant, quæstio exurgit an  
Cajo an Sejo debeantur? Pro utraque parte rationes  
prægnantes affert Fab. lib. 4 tit. 43. (42.) def. 30. sed  
& dissensum Senatorum, & diversitatem sententiarum  
memorat, tandemque post longam fluctuationem pro  
Cajo pronunciat: quam Sententiam in thesi, male fun-  
datam esse, in confictu ostendam, maxime cum  
Idem ille accuratissimus Fabr. dict. tit. def. 38. senten-  
tiam suam sic satis dubiam, etiam ad illum casum ex-  
tendat, ubi debitor a Senatu ob summae solvenda  
magnitudinem, tempus 6. Mensium prorogari curavit.  
Illud tamen verum credo, si creditore, pignorum  
distractionem publicam, persequente, ante addictio-

nem inter ipsum & debitorem emphyteutam convenerit, ut eligere creditor ex bonis cunctis quæ in solutum maller accipere, tum laudemia deberi illi qui fuerit directus dominus, vel jus ab eo habens, tempore electionis reapse factæ, non qui erat tempore conventionis seu contractus. Idem dict. loc. def. 58. quia nondum facta electione, nil juris existere potuit, maxime ob incertitudinem objecti eligibilis: nam juxta Logisticorum canonem, futurorum contingentium incerta est veritas.

## THES. VII.

**D**E modis divisionis, inter pastoris defuncti viduam, vel heredes ab una, & novum pastorem ab altera parte, pluribus agit. Carpz. *Jurispr. Consist.* lib. I. def. 171. & multis seqq. ut & de usufructuari herede & proprietario: Struv. *Exerc.* XII. th. 18. 19. Brunnem. cent. 4. decif. 86. & cent. 2. decif. 92. it. ad leg. 26. ff. de usufr. Besold. *Consilio.* Tübinc. 196. Dn. Stryk. usf. mod. ff. tit. Quib. mod. usus fruct. amitt. §. 7. porro de marito & uxore quoad fructus dotis vid. Struv. *Exerc.* XXX. th. 52. Strauch. *Exerc.* III. §. 15. de hærede Vasalli & novo vasallo: Struv. *Syntagm.* Feud. cap. 15. §. 26. Brunnem. cent. 2. decif. 37. Heser *de bon. commun. div. part.* 2. loc. 6. num. 52. quæ argumenta cum abs allegatis autoribus latissime sint discussa; nonnisi hic memorare volui.

## THES. VIII.

**M**onendum etiam aliquid juxta filium *sibes. 1. cir.*  
**C**a ultimas voluntates, ubi (1.) *ex l. 56. l. 57. ff.*  
*de leg. 2.* notandum, quod si Principi aliquid sit lega-  
 tum, & ille ante testatorem moriatur, non ejus hæ-  
 res, sed successor in dignitate legatum capiat; quia  
 magis dignitati quam personæ videtur relictum: & quia  
 dignitas illa non moritur, hinc facile apparebit, qua-  
 renon idem sit constitutum, in Augusta, seu Principis  
 uxore, sicut duo præjudicia *in d.l. 57.* referuntur. Ap-  
 plicari vero (2.) hæc possunt debentque, ad casum,  
 ubi testator Pastori alicuius loci quid legavit, tempore  
 verò testamenti conditi Lucius fuit Pastor, sed tempo-  
 re mortis Paulus: vel ubi Episcopo relictum, ejus  
 hæredes ab una, & Ecclesia ab altera parte sibi vindicat.  
 Quâ quidem in re conjecturis agendum, ut in  
 simili casu monet Carpz. *Jurispr. Consist. lib. 2. def. 3. 23.*  
*v.c.* an nomen sit expressum cum dignitate, ut in *l. 10.*  
*§. 1. ff. de ann. Leg. & fideic. an legantis amicus aut con-*  
*sanguineus quis sit nec ne, de qua materia late agit.*  
*Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 8. tit. 6. passim*  
*Covarruv. ad cap. 15. X. de Testam. Menoch. 4. pras. 112.*  
*& 113. Brunnem. Jur. Eccles. 2. cap. 12. §. 8. & 3. cap. 6.*  
*§. 10. ibique Dn. Stryck. De legato canonice relicto,*  
*vid. Menoch. d.l. pras. 113. & quod illud sit dividendum,*  
*non juxta proportionem arithmeticam, seu singulis*  
*æqualiter, sed juxta geometricam, pro ordini ratione.*  
*Brunnem. d.l. §. 9. & ad l. 2. ff. dereb. dub. num. 5. nota*  
*tamen Covarruv. d.l. num. 18. 19. Quod & obſervandum*

¶ 13 ¶

quoad nostras Ecclesias, si Inspector & Pastoribus  
quid esset relictum. De anno vero legato Sacerdotis  
Hierophylacio & libertis qui in templo erunt ( quam  
phrasim notabiliter explicat, Reines: Ccl. clas. XIX.  
*Inscript.* 35. de libertis à municipio aliquo manumissis  
& in fanis servire solitis.) *Vid. l. 20. §. 1. ff. de ann.*  
*legat.* ubi decisum id, nonsolum illi sacerdoti &c.  
sed etiam successoribus in officio dandum, not:  
Brunnem. *ad. d. l. 20. num. 2. & ad l. 2. ff. num. 3. de*  
*reb. dub.* Carpzov, *decis 150.* (ubi docet, pro legato  
ad pias causas id genus legati habendum, & sic etiam  
coram duobus testibus valere relictum, utut Ecclesie  
illud directo non sit relictum, quod secus est in re-  
licto canonice. Brunnem, *ad d. l. 2. num. 4. 5.*) An  
vero id, quod de legato Episcopi dictum, æquè ob-  
tineant, si ei quid inter vivos donatum? disquirit  
**Covarruv.** *d. 1. num. 16.* Est hujus loci questio affinis,  
an uxori relictum à marito, sibi vindicare possit uxor  
secunda quæ nondum erat uxor tempore facti testa-  
menti? quod utique negatur. *in l. 47. §. 1 ff. de legat. 3.*  
id tamen explicat Covarruv, *d. 1. num. 5.* nisi testator  
nullam haberet uxorem, tempore facti testamenti, tunc  
enim legatum, æquè secundæ ac primæ uxori com-  
petitum esse putat, quicquid damni sentiat hæres.  
En mi Lector hisce finem impono huic Dissertationi  
inaugurali, insimulque Deo Ter Optimo Maximo  
Luminum Patri gratias, pro sua in ævum colenda  
benignitate, quâ studiis meis Juridicis haec tenus, tam  
clementer, quam feliciter benedicere voluit, persolvo  
debitas.

**COROL.**

# COROLLARIA.

I.  
Jure Canonico concubinatum, haud abrogatum esse defendo,

II.  
Renunciatio, Exceptioni non numeratae pecuniae, in instrumento, super debito conscripto, facta nihil operatur, et si Juramento confirmata sit.

III.  
In bonis furis Dominorei furtivae tacita non constituitur hypotheca,

IV.  
Infamis non potest deferre Juramentum Judiciale,

V.  
Si Legatarius, rei legatae commercium non habeat, legatum inutile est, neque ejus aestimatio debetur.

VI.  
Reus compensationem opponens debitum suum non fatetur.

VII.

16 826

VII

Actioni pignoratitiae præscribitur in-  
tra longissimum tempus.

VIII.

Redditio unius Chirographi, et si cre-  
ditor plures tabulas super eodem debito  
conscriptas habeat, debitorem à  
debito liberat,

FINIS.







Marburg, Diss., 1708-18

f



IA-70L

nur b verknüpft





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

I. N. I.

DISSESSATIO JURIDICA INAUGURALIS

*Continenſ*

BREVEM DELINEATIONEM ARGUMENTI

D-E

# EMOLUMEN- TO INTER ANTECES- SOREM ET SUCCESSOREM CONTROVERSO

Quam

SUB PRÆSIDIO SUMMI PRÆSIDIS EX DE-  
CRETO ET AUTORATE  
*MAGNIFICI ET PRÆ NOBILISSIMI*  
ICTORUM ORDINIS

In  
ILLUSTRI CATTORUM ACADE-  
MIA MARBURGENSI.

PRO SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORI-  
BUS ET PRIVILEGIIS RITE OBFINENDIS

*Publico & solenni Magnificorum & Excellentissimorum Academie  
Procerum examini*

*In Ictorum ad Lanum Auditorio*

ad diem

Anni MDCCXIII.

DEO JUVANTE submittit

Philip Christian NICOLAI.

Gieſſa - Hassus.

MARBURGI CATTORUM Typ. Johannis Kürsneri, Acad. Typogr.